



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

XII. De tribus rebus, quæ nos ad zelum habendum incitare poterunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

c. 4 de dis-
sin nomi-
nibus.

Isa. 63, 3. & 5.

Zelus fer-
uorem, &
constan-
tiam Ora-
tions dat.

Lib. 2. c. 2.
Vita.

decur. Hinc huic S. Dionysius zelo attri-
buere videtur, quod tanta Christus Do-
minus constantia & fortitudine passionis
sue labores & tormenta pertulerit: Cense
enim, eum ab indignabundo illo zelo, quo
peccatum persequatur, in confilctu illo
cruciatum adiutum fuisse: & id hunc sen-
sum applicat illud *Isaie.* *Torcular calcatus*
foles, & de gentibus non fuit vir mecum:
calcatus eos in furore meo, & conciliatus eos
in ira mea & indignatio mea ipsa auxilia-
ta est mihi.

Quinto, è zelo hoc præterea nascitur
seruens oratio, quæ Deum non dimitit,
quoadusq; rem suam consecerit. Sic mul-
tos sanctos, qui inter Deum & populum se-
ceu sequestris interponebant, nec ab
orando cessasse, nec in oratione cæpta de-
fecisse legimus, donec Deum propitium &
placabilem redderent.

B. P. N. Ignatius cum Parisiis litteris
operam dans, quandam impuris amoribus
implicatum, & illicito mulierculæ cuiusdam
commerciali irretitum ad meliorem
mentem reuocare, nequidquam omnibus
remedis tentatis, non posset, quadam die
cum exixa urbem exspectare statuit. Co-
gnito vero, illi, cum ad flagitium abiret,
haud procul à lacu, vel à gno transeun-
dum esset, ecce tibi in aquam frigidissimam
humero tenus Ignatius insiliet, & inde
transeuntem conspicatus, alta inclamare
voce capitulo infelix, ito, libidini, & im-
puris voluptatibus tuis indulge: An im-
minens ceruicibus tuis diuinæ iræ flagel-
lum non vides? quid? non te terret infer-
nus, qui patulas suas iam ad te deuoran-
dum fauces aperuit? non Dei manus ac
vindicta, quæ te mox exspectat, & pleno
impetu iram in te suam exonerabit? Ita;
ego non tamdiu hic me cruciabo, & pro te af-
fligam, donec iustum suam castigationem,
quam capitio tuo iustissimus vindicet Deus
iam parauit, placarus uerat. Inaudiro
hoc caritatis exemplo pereculsus alter, loco
stetit, & Dei manu tactus intrinsecus, ad
urbem rediit confusus & atronitus, & sedi
periculosoque contubernij, à quo antea
capituus & vincitus tenebatur, iugum col-
legerat.

C A P V T XII.

*De tribus rebus, qua nos ad ze-
lum habendum incitare
poterunt.*

P Ræter ea quæ diximus, tria præcipue *tristia*
nobis ad zelum hunc habendum, & merita
salutem animarum desiderandam, & ma-
gna cum diligentia procurandam, magno Zelatu-
sui erunt. *Primum & præcipuum* est, ut
considerare, quam ipse Ubi filius animas
hominum amat, & quanti eas fecerit, ut
pote qui sanguinem & vitam pro illi
benter impendit. Vnde Apostolus, *Pro qua-*
bis Christus mortuus est. Christi enim tan-
guis in terram effusus, evidens signum est
valoris anime, isque aperte testatur, quanti
cam faciat, & amerit Deus. Hoc videlicet
nos ad hunc zelum & sollicitudinem in
omnibus ministeriis nostris præferendam
excitare & animare debet, & efficere ut in
timi ex corde animas sitiamus, illarum fa-
lutem ubilibet procurando. *Caritas enim* 1. Cor. 13, 14
Dei, dicebat Paulus, *urget nos* Ipsa inquam
huc nos compellere & extimulare semper
debet. Nam, quomodo nostrum non de-
mus sanguinem pro eo, pro quo sum
vniogenitus? Ubi filius tam libenter dedit?
quomodo vitam non impendamus ei, qui
pro nobis omnibus mortuus est, quo vi-
tam nobis daret? Neque enim tolerandum
est, ipsum Deum pro anima mortem op-
petere, & me, videndo cam pessum ire, &
in infernum prolabi, ei opem non ferre,
cum ramen id in mea sit potestate situm.
Hoc ferre caritas nequit. Itaque erga ani-
marum salutem efficit & toto corde
ferri, eamque immediabiliter sitre nos
oporet: hocque præcipue nobis cura &
cordi esse debet, ut & olim Apostolo fuit,
quem præter labores & afflictiones exte-
riores, quas patiebatur plurimas. (*In lata-* 1. Cor. 13
ribus plurimi, in carcerebus abundantissimi, 2)
in pla-

in plagiis supra modum, in mortibus fre-
quenter) vna maxime affligebat & ex-
cruciatbat Ecclesiarum nonnisi nuper time
fundatarum, & animarum periclitantium
sollicitudo; Praterea quia extrinsecus sunt;
infantia mea quotidiana, sollicitudo om-
nium Ecclesiarum.

S. Augustinus in illud Ioannis, *Iesus er-
go fatigatus ex itinere sedebat sic supra
fontem;* scribens, Christum ait non sine ra-
tione gallinae se comparare, vt dum dicit,
*Quoties solui congregare filios tuos, quem-
admodum gallina congregat pullos suos sub-
alis, & noluit. Quia cæteræ aues, inquit,
nunquam cognoscet, an matres sint, &
pullos alant, nisi cum eas in indis pullis
videbis incubantes: at gallina dum pullos
alit, tam sit macilenta & debilis, alas illas
suis ita pendulas & flaccidas, plumas ita
rata, vocem adeo habet trauram, tam de-
nique emarcescit, vt, esto eam pulli pone
non sequantur, statim nihilominus eam
matrem esse intellecturus sis. Pari modo
ait Augustinus, *Saluator noster Christus
Iesus cum animas percuteat consecratur
& venaretur, defatigabatur, debilitabatur,
& lastabatur. Vnde & nos tanto erga
animas errabundas zelo ferri, & tantam
in filiis spiritualibus educandis oportet
sollicitudinem, & anxietatem præferre, vt
ei nos debiles & exhaustos reddat, & om-
nium commodatum nostrarum faciat
oblivisci, sicut suarum Christus Dominus
est oblitus; nam quamvis existere defas-
tigatus esset, & sfuriret, comedere ramen
noluit, magis de salute animarum, quam
de necessaria corporis sustentatione labo-
ravit. Hinc discipulis suis, vt eibos allatos
comederet adhortantibus, dicebat; *Ego
cibum habeo manducare, quem vos nece-
si: leuare oculos vestros & videte regiones,
qua alba iam sunt ad messem: mox enim
videbitis Samaritanos ad Deum verum
converti Cibus meus est animarum con-
uersio Hic & noster esse debet.***

R D M. Auila aliam efficacem, qua ad
zelum hunc moueamur, considerationem
habet. Ait igitur, quod, quamvis ex vna
parte in confessio sit, Deum ob bona, quæ

Rodriquez exercit. pars 3.

nobis elargitur, nullam omnino à nobis
compensationem, aut lucru exigere (quid
quid enim dat, ex puro amore dat) ex alia
tamen parte rem considerando, nihil om-
nino det, quin eius lucrum cum fænore re-
marū Deus à nobis exi-
quirat; non quidem in proprium sui ipsius git.
commodum (qua ditissimum est, & uni. 2. Mach. 14.
uersorū Dominus qui nullus indiger) sed 33.
ad velitatem proximorum, qui à nobis iu-
vari & curari necesse habent. Atque hoc
ipsum egregia declarat similitudine. Sicut,
inquit, si quis alteri magnam auri vim mu-
tuuo dedisset, multaque alia insuper obse-
quia, ac beneficia præstisset, ac diceret;
Omniis illis, qua tibi præstisti, equidem
non indigeo; sed quodcumq; eo nomine in
te habebam ius, totum id transfundo in
hunc, vel illum, qui egenus est, vel meus
est cōsanguineus, aut famulus illi da, quod
mihi debes, & hoc si feceris, abunde mihi
satisfactum putabo. Pari modo nos pro-
ximum debemus intueri: Cum Deo, in-
quam, rationes inire, & sic quisq; nostrum
secum ratiocinari & considerare; Quam
multa à munifica eius manu in genere be-
neficia recepi; siquidem me creauit, ac suo
sanguine redemit; quot etiam vni mihi in
particulari beneficia contulit: scilicet quod
post tot peccata me non castigauit, sed ad
penitentiam eorum exspectauit, ac mihi
pro malis admisis tot bona reddidit, vt
alias innumeræ gratias, quas suppūtare
nequeo, omittam, & statim debemus cogi-
tare omnia illa nomina, debita, & obliga-
tiones nostras Deum in proximos cedere,
& trasportare, sibique abunde satisfactum
credere, cum, quod illis seruitum & obse-
quium conferemus. Hoc ergo zelus hic &
feruens in proximos affectus pacllo in cor-
dibus nostris ardebit. Primo quidem, si eos
vt filios Dei adoptuos, & Iesu Christi Re-
demptoris nostri fratres, pro quibus suum
hic sanguinem & vitam dedit, considere-
mus. Secundo, vt creditores, in quos Deus
magnas illas obligationes & nomina, qui-
bus illi ob tagta, tamque innumeræ nobis
collata beneficia, devinsti sumus, transfu-
dit, ac suum ius omne cessit.

Huc quoque non parum nos adiuuabit,
F si con-

*Zelum ani-
marū Deus
à nobis exi-
quirat;*
2. Mach. 14.

*Debitores
Dei sumus
ob accepta
beneficia.*

*Tria me-
dia exci-
tandi zel.*

*S*i consideremus nullum nos, ad offensilis plurimis, quibus in Dei maiestatem delinquimus, satisfaciendum, habere medium efficacius aut melius posse, quam si cooperemur & instrumentum simus, ut eum alij offendere desinant, sed serio admudu & cordialiter illi posthac seruient, iuxta illud Apostoli Iacobi. *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore via sua saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Quod solerter aduerit S. Augustinus occasione eius, quod Redemptor Iesus, cum hominem, qui ab integra dæmonum legione diuexabatur, sanitati restituisset, & is se liberatum videns, in gratia animi signum pro accepto beneficio, apud Redemptorem manere yellet, ipse id minime permiserit; sed vt acceptam à Domino gratiam apud alios prædicaret, & diuulgaret, præceperit: *Redi, dicens, in domum tuam, & nra quanta tibi fecit Deus.* Qui etiam recipia id fecit, & abiit per universam civitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesum. Hoc à te Dominus exigit in compensationem & satisfactionem, propterea quod te mundo eduxit, ac tot peccatis & periculis, quæ in eo sunt, eripiuit ut nimirum collabores, & pro posse cooperris, ut alij è peccatis educantur, & ex toto corde ad Dominum Deum nostrum convertantur.

Iac. 5. 20.

Lib. 2. q.
Euangel. q.
13.

Euc. 8. 39.

sæpe suspirat, & ad singula prope verba se miserum, & peccatorem fatetur: at si vel verbulo eum laedas, statim patet quid introsum sit: quia omnia illa non nisi facta & ad speciem composita erant: Ita etiam, ex mente Apostoli, quidam sunt zeli, qui videntur boni, & non sunt, sed indiscreti: *Testimonium, inquit, perhibeo illis, quod amulationem Dei habent, sed non secundū scientiam.* Talis fuit zelus Apostolorum Domini, Iacobi & Ioannis, cum, videntes se à Samarijanis in urbem non admitti, aduerteret discretu illos commoti, & indignantes, dixerunt, *Zelus, Domine, quis dicimus, & ignis descendat de celo, & consumat illos?* Vnde èr propreter Christus Dominus eos reprehendit, dicens: *Nescitis cuius spiritus estis; id est, nō nos habitis spiritum legis gratiæ, quæ non rigores spirat, non castigationes, sed clementiam. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Ne ergo in tanti momenti negotio errremus, paucis hic declarabimus, quis sit zelus non secundū scientiæ, & quis bonus, Deoq; acceptus, ut hunc acquirere studeamus, ab illo vero remis velisq; fugiamus. S. Dionysius Areopagita egregie hanc rem pertractat, dicitq; *Quemadmodum Epiph. 8. ad cœcos, quo sit eundem nec diuinantes, nec Demipscientes, non propterea sunt cœdimus, nec lumen in indignamur; sed potius eos manus arte- pta, conducimus, illis compatiens; taliter cum peccatoribus, qui & ignorantes sunt, & bani & caci, utpote de quibus Sophonias ait, Zelus, Ambulabunt ut caci, quia Dominus pecca- terunt: nos gerere debemus Non, inquam, statim in eos sanguire, & ut penas dent, & à Deo, in momento destruantur velle: sed illisdem compati, & viam veritatis illis ostendere, magnoque eos amore & caritate conducere, & adiuuare: idque ad Christi Iesu imitationem, qui errabundam & amissam ouiculam per montium auia indefesso studio conquirit, eam & voce, & sibilo vocando, quam deinde inuentam non pedo pastorali ferit, sed in humeros acceptam ad caulam, & ouile desert. Vide id in filio prodigo, quomodo nimirum se erga illum gessit, quam paternis eum visceribus in gratiam receperit. Hic bonus est zelus, & secundum*

C A P V T X III.

Quis bonus utrinque sit zelus, qui Deo placeat, quis non.

Sicut nonnullæ sunt, quæ virtutes quidem esse videntur, at vera virtutes non sunt, sed non nisi false & fictitiae: quemadmodum de humilitate ait Sapiens, Et qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Viles siquidem gerit vestes, capite demissio oculisq; in terram deiectis incedit, voc loquitur submissa & humili

Ecc. 19. 23.